

« servé aux Saints que l'Eglise a placés sur les
« autels » (1).

8. Neque ullum aequo cultus vestigium inventum est in aedicula ubi V. S. D. exuviae custodiantur, quemadmodum ex judiciali visitatione patuit. Interrogati enim fuerunt duo testes illius custodes, qui sincere deposuerunt nec circa V. S. D. sepichrum in praedicta aedicula, vel alibi, nunquam aliquid factum esse quod publicum ecclesiasticumque cultum erga euindem redoleat (2). « Sarrophagus Ven. « Servi Dei (uti legitur in sepulchri descriptione)
« situs cst in Capella publica Seminarii Quebecensis
« et proprie sub Choro dictae Capellae in camera
« lapideis fornicibus vincta ad hoc specialiter cre-
« eta. cujus janua maceria obstruitur: trium pedum
« est latitudo hujus camerae; quatuor pedum cum
« dimidio altitudo, et undecim pedum longitudo.
« *Nulla nunc temporis extat inscriptio* » (3). Index
autem cuius Sub-Promotoribus, omnibus diligenter
inspectis in ea Capella atque in Sacrario, recogno-
verunt « neque in Capella neque in Sacrario extare
« statuas et picturas dicti Servi Dei, neque tabel-
« las votivas, donaria, lampades, cereos, inscriptio-
« nes, epitaphia quae cultum redoleant, nec quid-
« quam reperiri quod publicum cultum et venera-
« tionem erga dictum Dei Servum quolibet modo
« praeseferat, neque ullum indicium esse quod an-
« teacto tempore cultus publici et ecclesiastici ar-
« gumentum extilisse demonstret » (4).
9. Quae cum ita se habeant, jure merito subdelegatus
Index a Quebecensi Archiepiscopo, omnibus con-
sideratis atque perpensis, suam edidit Sententiam
nihil scilicet actum esse vel agi contra prae scriptum
et formam Decretorum sa. me. Urbani Papae VIII.
circa publicum vetitumque cultum qui V. D. S.
Francisco de Montmorency Laval minime praestatur:

(1) *Summ. ibid. pag. cit. § 42. - pag. 85 § 54.* -
pag. 89 § 68 alibique.

(2) *Summ. Num. VIII. pag. 94 § 5 - pag. 95 § 8.*

(3) *Summ. pag. 96 § 12.*

(4) *Summ. pag. cit. § 13.*